



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera**

**Marchantius, Jacobus**

**Coloniae Agrippinae, 1661**

Lect. 1. Explicat librum mysticum, in quo scriptæ erant lamentationes, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](#)

# OPUSCULVM IV. CUPRESSUS FUNEBRIS PRO DEFVNCTIS.

*Ecce manus missa ad me, in qua involutus erat liber, & scripta erant in eo Lamentationes, & Carmen, & ve. Ezech. 2. & 3.*

LECT. 4.

*Explicatio  
huius libri  
mysticis.  
Ezech. 2.  
Ezech. 3.  
Script.*

*Liber hic  
primo est s.  
Ezechielis.  
Script.*

*Liber hic  
est ipsa  
prophethia  
Ezechielis.*

*3. Hic liber  
est arca-  
num conser-  
vatorum  
Dei.*

**M**Ultis refertur est mysterii liber ille, de quo Propheta ait: Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat involutus liber: & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus & foris: & scripta erant in eo lamentationes, & carmen, & ve. Iulus est autem Propheta hunc librum comedere, & visceris sua illo pacere. Multa de hoc libro dixerunt sacri Interpretes.

Ioprimis S. Gregorius hom. 9. in Ezech. dicit hunc librum esse sacram Scripturam. Est enim liber scriptus intus per allegorianas & mysticas sensus, foris per historiam: intus, quia invisibilia prominunt, foris, quia visibilia praecipitorum suorum rectitudine disponunt: intus, quia coelestia policeantur, foris, quia terrena qualiter sint contemplabiles, vel iusto habenda ostendunt. Involutus est, ut ipsa obscuritas occasio sit plurimum sensuum, & occasio nes studii & meditationis ad illum evolendum, & mentem ad divina eleandrum.

Secundo nonnulli interpretantur hunc librum esse ipsam Proprietatem Ezechielis, quae continebat lamentationes, & scriptas, & ve. Concinetur enim plantus super carmentem, & laticea carmen pro iustis, & ve, sive maledictionem pro desperatis. Audi Ambrosium lib. 2. de Peccatis, cap. 6. Ezechiel in sua effere terusalem & accepit librum, in cuius capite scripta erant lamentationes & melos, & ve, duo tristia, & unum delectabile: quoniam ille salvis erit in futuro, qui in hoc seculo plus fuerit. Hoc Ambrosius. Cui conforme est illud S. Irenaei pista. 4. In Scripturis panitens plangitur, justus canitur, desperante maledicuntur.

Tertio, dicere possimus hunc librum involutum significare arcana consiliorum & decretorum Dei. Hic scriptus est intus & foris, quia infinita Dei consilia in eo sunt scripta. Et involutus est, quia in Dei mente reconditus, & nobis ignotus, nisi quandoque per effectus nobis de illo quidam aperiat: qui quidem effectus saepe nos in admirationem rapiunt, quia iudicia Dei esse admirabilia videamus circa multos, cum in vita sum in morte.

Sed accommodare ad nostrum propositum dixeris, huic librum, tresque eius partes, tres des. *Tristis* haec po  
*memorans* *terris* *Purgatorio, in Inferno.*

Atque, ut a Coelo inchoemus, pro Beatorum designando statu, scriptum est in illo carmen, sive melos, hoc est, vita leta Beatis promissa ibi denunciatur: quod quidem ponitur hic inter lamenter & ve, quia ut dicit S. Gregorius: *Per lamentata penitentie fit ut perveniamus ad carmen vite.* *Carmen* si penitendo affigit nolumus, fit ut ve postmodum sine fine sentiamus. Ulterius adverterit Origenes: *Carmen concordans gloriam Sanctis promissam, & Beatus vita dixerunt scripturam esse iatus, sive in anteriori parte libri foris autem, sive retro scriptum est le lamentum peccatorum prententes concernentes, & postmodum ibi retrosum sequi Ve, peccatores spectantes desperantes, vel obstinatos.*

Quid ergo aliud Carmen huius libri indicat, nisi hymnum & canticum perpetuum, quod coenacunt Beati, de quibus legimus: *Te decet hymnus psalmus tua Deus in Sion, &c.* Et: *Beati qui habitant in domo psalmi: sua Domine, in secula, eculorum laudabunt te?* Ad non & ibi carmen perpetuum ab Angelis pronuntiatum: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Iustitiae, Sabaoth!* Ad non ibi perenne *Aleluia!* Ideo & ibi Templum afferunt, quia laus illuc perennis reficitur, cuius typum representant Tempia nostra Nota in Apocalypsi laus & gratiarum actio, quam seniores & animalia & Angelorum redditum militia, coram throno Agni; ubi & ad pedes Agni corobras mitunt, Seniores, & applaudunt omnes creature. Notum est & cananticum novum, quod concinunt sequentes Agnum. Ibi igitur adim plebitur illud perfectissime: *In misericordia mea canitum novum, psalmus carmen Deo nostro.*

Altera pars libri continet Ve, sive maledictionem, & designat statum animarum in Inferno, tandem. Quia ibi est continua vox desperationis & blasphemie nostrae, & personas contra celum & terram infeliciter deorsim, contra Deum & Christum horribilissime contra Angelos & electos cum invidia & livore. Immo ibi personat maledictio conera parentes & amicos, contra peccati socios, & contra sciplos maximes, quod in hanc infelicitatem fortius inciderint culpa, quam facile poterant evitare, Ibi ergo seruum Ve, & nihil nisi Ve, quia illud tempus

semper renovabit confederatis aeternitatis prenas, quæ illos affligit, & configit, quandiu cœlum erit cœlum, quandiu terra erit terra, quandiu Angelus erit Angelus, quandiu Deus erit Deus, hoc est, in secula seculorum, sine ulla immunitatione, etiam post myriades myriadum annorum. Et hoc Væ æternum, vox desperacionis & blasphemie contra

Apoc. 14. Deum & creaturem, recte dicitur est: *Fumus tormentorum eorum, qui ascendit in secula seculorum,*

Iob. 3. An non tibi videtur loborum infelix & luctuosum? *Væ ad umbrae, ac ipsos representare, dum dicit: Pareas dies, in qua natus sum; & nox, in qua dictum est: Concepta est homo. Dies illæ verterat in tenebra, non requirat eum Deus de super, nec illustrerat lumine. Obscurum cum tenebre & umbra mortis, occupet eum caligo, & in volvatur amaritudine. Nostrem ille tenebrofus turbo possidet, nec computetur in diebus annis, nec numeretur in mensibus, &c. Quia non conclusi osfia ventris qui portavit me, nec abstulit mala oculis meis. Quare non in vulva mortuum sum? egressus ex utero non fuiam perii? Quare exceptus genibus? Cur latens uberioris? Hæc erit musica, hoc canicum, haec matutina, haec laudes, haec parva & magna horæ, haec Vesperæ reproborum in inferno, sine Completo-*

torio: sicut & electorum in celo & gloria peruenienti. Quapropter monebat Sancti Gregorius hom. 9. in Ezechiele: *Quid igitur fratres, quid agendum est nobis miseri, nisi ut evigilemus ad verba huius voluminis? & mala que nos egisse minimus, flebitis puniamus, ut per lamenta penitentia per veniam ad carnem vitæ. Ne si affligi modo per veniam, ut per modum sine fine feni-*

tiamus. Hæc illæ.

Tertia pars libri continet Lamentationes, quæ licet recte accipiuntur, ut significant dolores & lamenta penitentium in hoc seculo, ut evadant æternum Væ & pertingant ad Carmen vita, ut jam diximus ex S. Gregorio, & adiutori patr. S. Ambrosius & Hieronymus: attamen etiam accommodata partem libri continentem lamentationes, dixeris significare statum animalium in Purgatorio. Hæc etenim ob poenas acerbas non sunt sine lamentis & suspiris continuis, donec educantur de loco carceris & purgatorii flammis, ad confundendum nomini Domini, & decantandum Carmen vita cum Beatis.

Quapropter voces suas lamentabiles primo converunt ad Deum, ut inveniant misericordiam & refrigerium: *De profundis clamavi ad te Domine de abydis terra & pelago peccatarum* exaudi vocem meam. Si iniuriae observaveris, qui suscinebis? Apud te propitiatio est. Sunt instar longæ de ventris pices de profunditate maris ad Deum clamantis; ita ut & cissa ipsius concinuat tandem oratione: *Clamavi de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me de ventre inferni clamavi, & exaudiuit vocem meam.* Et proiecisti me in profundum in corda maris, & flumen circumdedi me: omnes

gurgites tui & flatus tui super me transferunt. *Et ego dixi, abiectus sum à conspectu oculorum tuorum; verunquam rufus video templum sanctum tuum.* Sic ergo tandem pīcis evomuit lōam in atrium, ita & evomis veteri infeti has animas in terram viventium, Deo ita decerneat & misericordante,

Secundo, ad Angelos suas convertunt lamentationes, ad suos, ut ab his à quibus tota vita decursu bene- quondam ficia & favores, directionemque specialem hause- Angelos runt, nunc etiam consolationem accipiant, & auxiliarellam ad egredendum penali ex hoc ergastulo.

*Quia & ipsorum est eos introductere de loco expiationis, in locum aeternæ exultacionis.* Quapropter nos dicere possumus Angelis corum custodibus & fautoribus illud: *ite Angeli veloces ad gentem Isa. 18. convulgam & dilaceratam, ad gentem expellantem & conculcam. Hoc enim etiam verum est de turba animalium, quæ in propis purgatoriis torquentur, & quæ in torculari calcata, gentem nimisrum esse convulgam & dilaceratam; id eoque velociter auxilium expellere, & maxime ab Angelis fibi ab utero usque ad sepulchrum comitibus, & futura gloria confortibus.*

Tertio, ad Beatos suas dirigunt lamentationes: *Ad Beatos ad illos præstern quorum patrocinio specialiter eos, maxicollis sunt, dum in hac vita mortali degenerant, quo me suos rumque auxilium in necessitatibus sape experti Patronos, sunt, speciali devotione eis addicti. Neque hie sunt desunt in summa tribulatione & necessitate.* Sed sicut olim Hieremiz servi Regis submisserunt *Hier. 4.2. funiculos & pannos veteres, ut qui nudus pene in lacum inieclus fuerat, molli extrahentium manus, & pannorum adiumento ad regnum educerentur; sic & Beati Regis eterni servi, pannos suos veteres, hoc est, antiqua merita, funesque specialis intercessione mitentes his in lacum deieciunt, & incarceraunt, ut illis cooperi & adiuri, educantur secures, & coram facie Regis comparsant, felices cum ipsis futuri ex eius visione.*

Quarto, dirigunt lamentationes suas ad amicos. *Ad amicos suos viventes, quorum ope possumt adiuvari. Et eos adhuc quidem adiuvari possumt opibus ipsis quos mori vivos, endo pīps reliquerunt, in pīa opera impenduntur, in elemosynas & opera misericordia in suffragia & sacrificia, aliaque causis piis. Suis ergo lamentatis pietatem & compassionem eorum cordi inculcare satagent, ne illis dirata luxurientur & prodigant, aut in processu & litere infelicitate impendant; sed extreme necessitatem patientiæ succurrant, in carcere isto penali, sed acerbo, ad temeritas detentis, quod abbreviare, in eorum litore est prestat. Nota est & decantata vox illa defunctorum lamenta representans: Miserebamini mei, miserebamini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare persequemini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini?*

Non est vox ista vox desperiorum, quia schiendas tandem prenas & supplicia, sed est vox deplor-

deplorantium peccatum acerbitate, & longam misericordiam catenam; auxiliumque implorantium, ut quantocumque liberentur. Merito sane lamentum ab eis elicere potest ista gravissima supra omnes huius mortalis vitæ: angoremque ac pressuram grandem partit, quod nesciamus quando fine hoc accipitur, quia & unicum peccatum veniale multo potest plectri tempore. Vnde igitur opem suis accessunt lamentis, & cum magnopere juvari possint à suis hæredibus & amicis, eorum sapientia coguntur deplorare ingratiitudinem.

Hæc igitur tres sunt libri nostri mystici partes, per Carmen, Væ, Lamentationes designatae: quem guidem librum per singulas suas partes comedere, ruminare, digerere, instar Prophetæ proficuum est ad salutem. Quia inde fructuose possumus non ventrem pascere, sed mentem. Et licet forsitan in aliqua sui parte amaritudinem generet sibi leam, illa ramen definerit in dulcedinem melleam, & eternam tandem suavitatem parere apta erit, prout & congit Propheta nostro. Cui cum dictum fuerit: Fili hominis, visera tua complebitur voluntas isto, quod ego dabo tibi, postea facetur: Et comedisti illud, & factum est in ore meo sicut mel dulce. Quid ipsum contigit S. Ioanni in Apoc. c. 10. post librum devoratum de manu Angelii. Licet enim ex illo amaricatus sit venter eius, in ore ramen tanquam mel dulce efficitus est.

Ruminare Hunc porro librum ruminare, & per partes suas digerere, quando magis oportunum est, quam in functibus & exequiis defunctorum, quando admoneatur noscere cunctorum hominum? Propterea dixit Sapiens: Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii; in illa enim finis admonevit cunctorum hominum. Quod si & convivium in funere amicorum quandoque exhibetur, arcedenda est illuc coelestis manus exhibens hunc librum, & complectente Carmen, Væ, & lamentum, tanquam praecium perculum, qui debet mensuræ cibari. Nam & Ægyptii dicuntur: olim tuas coniunctibus, in orbem circumvoluisse mortui crania, seu mortis imaginem, inclamando quilibet: Tibe, comedere, epulare, post mortem talia futuru. Mortis quidem inculcare fatigabat memoriam, cuius habebant notitiam, ipsa docente coram oculis experientia. Sed corum quae post mortem futura sunt, habebant infirmitatem, quia sola Fides de his Christianum animum instruit. Ergo Christianorum est ea ruminare frequenter, ac presentem in morte charorum, ut & sibi provideant, & ipsis: sibi ad cauclam per lamenta penitentie, ipsis ad opem, si elegant, studiosè & plementam per orationes & operam misericordiae,

## Applicatio

Vis porro potest dicere de defuncto nostro, quis exequias votis cum luctu coniunctis celebramus, cuinam parti huius libri adscriptus sit? an Væ in clamer, an Canticum laudis perpetuae dicentes, vero adhuc inter Lamentationes hæ-

at? Evidem piam spem concepimus, eum jam minister Beatos & celestes concinere laudes, qui in vita divinis laudibus oblectabatur, officia divina frequentans cum pietate, divinaque sacramenta, quique puritati conscientia studebat, summiq[ue] spiritus huius libri patres, & considerans quid post hanc vitam futurum sit. Si camen adhuc inter lamentaciones ageret, ob aliquam peccata venialia vel ob nequum plenam satisfactionem, nos & sacrificiis & suffragiis adjuvare cum possumus & aere mandamus ei præbere, ut quantocumque libereatur, &c.

Timent Dominum bene erit in extremis & in die defunctionis sue benedictetur.

Lectio  
Eccl. 1.

Absentia Timoris Dei, origo est omois mali, Est enim Timor Dei velut frumentum, quo remur, ne in peccata labamur. Qui hunc excutit, id omne malum & precipitum facile ruit, laxans habens ad omnes cupiditates. Efficitur instar & qui ferociensis, sine chamo & stæno in foem & fax se precipitem dant. Quapropter psalmus Absentia dixerit, quod homines in malum declinaverunt, timor Timoris, quodque ex corum repletum sit maleficio, cor minus in amaritudine lingua fraude, pedes profuso sanguini, mire quae, viue infelicitate, horum omnium malorum eau faciat. Nam subiicit: Non est timor Dei ante oculos eorum. V. 8. q[ui]d[em] itaque si ille es adesserit, tanquam frumentum potens ab his omnibus precipiti hominem, cohiberet: tanquam lanitor aut Vigil castrum animæ custodiret, ne tota virtus in gredieretur vel holtis perduletur; tanquam sepes aut murus vinearum, cor animales passiones, cuncta fructuosa concubantes, vel depastantes, arceret: tanquam Pax dægogus sollicitus ad meliora urget.

Sicut porro absentia Timoris Dei, origo est omnis mali, ita & ejus proxima fons est omnis boni. Quapropter Tobias crudens filium dicebat: Filii pauperem vitam gerimus, sed multa bona habemus, nisi fieri timuerimus Deum. Ideo etiam Propheta Isaia suscitans, sive timentibus Deum, bona omnia vulnera nunciantur, dum dicit: Dicite in festo, quoniam bene. Et psalmista cum dixisset: Beato nimis, qui timet Dominum; addit: Labores manus tuarum māndata, ita; beatus es, bene tibi erit. Sic & Sapiens hic dicit: Timimenti Dominum bene erit in extremis, & in die beuæ dictionis sue benedictetur. At postmodum idem repetens v. 9. absolute dicit: Timimenti Dominum bene erit. Habent igitur energiam & emphasin hoc verba, Bene Erat, sive apud Psalmistam, sive apud Sapientem, sive apud Prophetam. Quapropter vulgari nostro idiomate hominem timentem Deum & iustum, vocamus HOMME DE BIEN.

Quid etsi ergo, Dicte iusto, quoniam bene! Legatio quedam est, quam iustis omnibus Deus mittit,

& per eam multa promitterit. Quia licet valde brevis sit verborum duorum velata cortice, magnifica

camena